



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno MCLXXXI. ad annum MCCCXIV.

Parisiis, 1644

XV. De poenitentiis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15974

ICVS VII
IMP.
in eis vasa, am
em, & obse
ius prohibe
mercata, sive
um, nec iudi
in eis coad
publica par
oore guerra
ntra fecerit.

CLÉMENS P.V. RAVENNATE II. HENRICVS VII. IMP. 777

ANNO
CHRISTI
1311.

ciale fieri, saltem singuli abbates, & priores, cuiuscumque diœcesis, pro reformatione conueniant certo tempore, loco, & die, sicut melius viderint expedire. Et hoc de prioribus, & præpositis canonorum regularium mandamus in omnibus & per omnia obseruari.

R V B R I C A XV.

Monemus omnes & singulos sacerdotes, parochiales maxime, quatenus decretalem ex. de poenitentiis, Omnis vtriusque sexus, in suis parochialibus ecclesiis, intra Missarum solennia suis parochianis studeant publicare, & exponere in vulgari, in adventu Domini, & in quadragesima, ne aliquis de ipsis ignorantia se valeat excusare. Et qui negligens fuerit in præmissis, per suum episcopum arctius puniatur, dicendo quod peccant mortaliter non confitendo, & corpus Christi saltem in anno semel non suscipiendo: nisi de consilio sacerdotis abstinuerint a communicatione, sacramento, & receptione corporis Iesu Christi.

Monemus omnes insuper medicos, quod quando vocati fuerint ad infirmos non ulterius redire habeant, nec curare eosdem, nisi prius eis constiterit, quod ipsi infirmi prædicti medicum aduocauerint animarum, & eis fuerit de animarum salute prouisum. Et si quis medicorum huius monitionis contemptor extiterit & transgressor, tamdiu ab ingressu ecclesiæ arceatur, donec de transgressione huiusmodi ad arbitrium ordinarii satisfecerit competenter.

Concil. Tom. 28.

Fffff